MATUTINALE ADMONTENSE (NONNENBREVIER)
Admont, 1180 Seite 121r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ei. tu sede hic bene paupi autem dicatis.
tu sta illic. aut sede sub scabello pedum
meorum. nonne iudicatis apud uosmetip
sos. et facti estis iudices cogitationum iniq
rum. ℟. Bonum est. Audite fratres mei
dilectissimi. Nonne deus elegit pauperes
in hoc mundo. diuites in fide. et heredes
regni quod repromisit deus diligentibus se. Vos
autem exhonorastis pauperem. Nonne
diuites per potentiam opprimunt uos. et ip
si trahunt uos ad iudicia. Nonne ipsi
blasphemant bonum nomen quod inuocatum
est super nos. ℟. Dicant nunc. Si tamen
legem perfecistis regalem secundum scripturas.
diliges proximum tuum sicut te ipsum. be
ne facitis. si autem personas accipitis. pec
catum operamini. redarguti a lege quasi trans
gressores. Quicumque autem totam legem ser
uauerit. offendat autem in uno. factus
est reus omnium. Qui enim dixit non mecha
beris. dixit et non occides. Quod si non me
chaberis occidas autem. factus es trans
gressor legis. ℟. Deduc me in semita
mandatorum tuorum aeuia quoniam ip
sam uolui aeuia. inclina cor meum in tes
timonia tua aeuia aeuia aeuia. ℣. Auer
te oculos meos ne uideant uanitatem in uia
tua uiuifica me. Inclina. Fra. ii.
Sic loquimini et sic facite. sicut
per legem libertatis incipientes
iudicare. Iudicium autem sine misericordia
erit illi qui non facit misericordiam. Super
exaltat autem misericordiam iudicio. ℟. Si ob

litus cum reliquis. ii. Quid proderit fratres mei
si fidem quis dicat se habere. opera autem
non habeat. Numquid poterit fides salua
re eum. Si autem frater aut soror nudi
sint. et indigeant uictu cottidiano. di
cat autem aliquis ex uobis illis. ite in pace
calefaciemini. et saturamini. non dederi
tis autem eis que necessaria sunt corporis.
quid proderit. Sic et fides si non habeat
opera. mortua est in semetipsa. iii. Sed
dicet quis. Tu fidem habes et ego opera
habeo. Ostende mihi fidem tuam sine operibus.
et ego ostendam tibi ex operibus fidem
meam. Tu credis quoniam unus est deus. bene
facis. et demones credunt et contremis
Vis autem Fr. iii. I. Tcunt
scire o homo inanis. quoniam fides
sine operibus mortua est. Abra
ham pater noster nonne ex operibus iustificatus
est. offerens ysaac filium suum super altare. Vi
des quoniam fides cooperabatur operibus illius.
et ex operibus fides consummata est. ii. Et
suppleta est scriptura dicens. credidit abra
ham deo et reputatum est illi ad iusticiam.
et amicus dei appellatus est. Videtis quoniam
ex operibus iustificatur homo. et non ex fide
tantum. Similiter et raab meretrix nonne
ex operibus iustificata est. suscipiens nunci
os et alia uia eiciens. Sicut enim corpus
sine spiritu mortuum est. ita et fides sine ope
ribus mortua est. iii. Nolite plures
magistri fieri fratres mei. scientes quomodo
magis iudicium sumitis. In multis enim